



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

222. feria 6. Quæ scientia cavenda, & quæ amanda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

400 Feria 6. Domin. 7. post Pentecost. tibus utilia sunt, ea mihi ad perfectionem properanti inutilia judicare. 3. Utilia bona intentione scire, & ex majorum auctoritate investigare, & debito modo, ac tempore mihi parare. 4. Quæ non didici, non docere, ne in errorem inducam, sed magis me interrogantes ad doctiores remittere. 5. Omnes actiones meas intellectus consideratio præcedat, hinc cognitum bonum faciam, malum fugiam. 6. Vitam, & mores aliorum non judicare, sed Deo ac Præsidibus judicanda, & inspicienda relinquere. Optabo, & petam: Da mihi hunc intellectum, &c.

#### MEDITATIO CCXXII.

Feria 6. Domin. 7. post Pentecosten.

*Quæ Scientia cavenda, & quæ amanda.*

**C**onstituam me coram J E S V Magistro discipulus, ille loquatur, ego attendam, & quia simul Dominus est, flectam genua, Deumque internè, & externè adorabo, & peccatum caverem, ne vel unicum doctrinæ salutis verbum mihi pereat.

*Conf. 1. Cavendam scientiam carnalem, quæ est superba, & ambitiosa, quæ à principio discendi ad primas sedes, cathedras, pulpitas, prælationes aspirat. Est invida laudis alienæ, condiscipulorum ingenio, & profectibus inqrensi,*

Pentecost.  
fectionem  
tilia bonâ  
uctoritate  
pore mihi  
cere, ne in  
terrogan-  
nes actio-  
præcedat;  
alum fu-  
n non ju-  
canda, &  
& petam;

L.  
costen.  
que

Magistro  
tendam,  
n genua,  
o, & pe-  
æ salutis

rnalem,  
rincípio  
pulpita,  
alienæ,  
fectibus  
angereps,

Peria 6. Domin. 7. post Pentecost. 401

inquietens, tarditate gaudens; laudi provectionum invidet, subtilitatem, & diligentiam æqualium contemnit, minorum imperitiam irridet, sola ab omnibus laudari studet. Est curiosa nimis, nihil quærens, nisi, quæ intellectus intemperantiae satisfaciant, ostentationi ac plausui deserviant, non, quæ proximorum saluti proficiant. Est iniqua; totam mentem occupat, & desiderium, tempus orationi, meditationi subducens. Est arrogans, procax, inverecunda, seipsum exaggerans, novitates consectans; Magistros parvi pendens, aut ut minus subtile, aut nimis scrupulosos accusans. Est libertatis amans, obseruantia inimica, hostis virtutum, monitorum senilium aversatrix, institutionum, ut ne sic observans, est interpretatrix. Est terrena, animalis, diabolica, venenum virtutum, pestis cœtuum Deo sacrorum, initium rixæ. mater contentionis, origo superbiæ, fons hæresis, patrona omnium viatorum. Hujus ope dæmon decipit ignorantes, persecuitur bonos foyet imp'os.

Conf. 2 Scientiam amandam, quæ ex armis præcipuis est, quibus imitatores Christi utuntur ad pugnandum bella Domini, & est scientia Sanctorum humilis, ac modesta, sui contemptum, proximorum conversionem, Dei laudem concupiscens; diligenter studet,

ut,

402 Feria 6. Domin. 7. post Pentecost.

ut, quæ suâ voluntate optat semper latere  
sub modio, Dei voluntate apta sit ponis super  
candelabrum. Est *charitate plena*, profectu  
condiscipulorum exultans, illos reputans,  
laudans, amans, illorum supra se excellentiā  
exultans. Est *sapiens*, illa legendo, libris evolu-  
vendis inquirens, non quæ luceant tantum,  
sed quæ proficiant, quæ deceant statum, & pro-  
ximos juvent. Est *discreta*, & plena prudentiæ.  
Post Obedientiam & orationis studium, se-  
ipsam constituens, non prædatur tempus  
obedientiæ, orationis, suo contenta. Est *in-  
genua*, ac verecunda, non se extollens, non  
alta de se sentiens, non terminos transgre-  
diens à majoribus constitutos. Est *circum-  
specta*, non libertatem, non privilegia, non  
exceptiones affligens, sed semper attendens  
primum quidem pudica, deinde pacifica,  
modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena  
misericordiæ, & fructibus bonis, non judi-  
cans, sine simulatione.

### MEDITATIO CCXXIII.

Sabbato Domin 7. post Pentecost.

B. Virgo perfectæ sapientia San-  
ctorum Magistra.

A spiciam B. Virginem remotissimam à  
scientia carnali, & perfectissimam scienc-  
tiæ Sanctorum Magistrorum, Petram ejus esse  
Discipulus.

Conf.